

LIEU-RESTAURE B. M. V.

Locus Restauratus, Lieu Restoré.

In valle amoena et solitaria, prope Villers-Cotterets versus occidentem, ad rivum Automne, Com. Bonneuil-enValois, Dép. Oise, Dioc. Soissons, nunc Beauvais.

Abbatia. In catalogo Ninivensi II legitur: „Filia Cuissiaci. Anno gracie m^{cx}lj⁶⁰) currente v epacta xxiiij indictione, sexta mense augusti fundata fuit a Radulpho comite Viromandie et Valesie; Suessionen. dyoc: Locus Restauratus.“ Radulphus ille dedit anno 1138 Lucae abbati Cuissiacensi Bonolium, dominii sui villam, angulum terrae, amne Autumno allabente irriguum, ad fundandam ibi abbatiam. Ecclesiam loci a militibus redemptam a fundamentis instauravit propriis sumptibus, inde nomen. Ab initio monasterium duplex, quod factum innuit, foundationem fuisse iam coeptam ante annum 1141. Anno 1145 confirmatio papalis. Sorores collocatae erant in colle vicino. Ecclesiae parochiales dependentes: Lieu Restauré, Bargny, Macquelines. Circa annum 1564 fit commenda. Annis 1634/58 peragitur separatio mensarum, de qua acerbe religiosi luctati sunt cum commendatariis. Reditus mensae abbatialis 4500, conventualis vero 5500 Libr. In fine saec. XV, et praesertim primo dimidio saec. sequentis aedes canonicae et ecclesiae funditus de novo sunt constructae vel restauratae. Nihilominus an. 1577 petitur auxilium ad instaurandam canoniam bellis ruinatam. An. 1623 Abbas Generalis numerum religiosorum fixit ad 5 canonicos et 2 novitios. Anno 1648, canoniam fuit tam pauper, et a commendatario suo neglecta, ut visitator debuit imponere constructionem bibliothecae, vestiarii, calcfactorii, in-

⁶⁰) Etsi Catalogo Ninivensi magna auctoritas sit tribuenda, censemus nobis Galliam Christianam et Hugonem potius esse sequendos, qui dicunt foundationem huius coenobii esse anteriorem. Charta donationis Rodolphi pro foundatione non est datata, HUGO II prob. 40 putat eam esse anno 1131. Duae aliae chartae anni 1138 (ibidem) supponunt foundationem iam esse peractam. Probabiliter constructio aedium anno demum 1141 fuit perfecta, ita ut in Ordine hoc datum consideratum fuerit ut annus foundationis.



firmitorii, hospitii, quae omnia plane deerant⁶⁷). Status personalis 1566:7, 1710:10 religiosi, 1766:4 canonici residentes, cum novitio uno, unus canonicus ad extra. Anno 1790, in actu suppressionis, ibi erant sex religiosi; pro pluribus non erat locus, quia sex cellas tantum habebat dormitorium. Bibliotheca tamen tunc fuit spectabilis⁶⁸). Nunc est adnexum praedio quodam vicino, ecclesia modica saec. XV, quae tria habuerat altaria tantum, nunc est stabulum. Perpuldra est fenestra rotunda eius („rosace“). Maior pars monasterii est solo aequata.

Archivalia: Arch. Dép. de l'Oise, Beauvais. H 5555/5735, complectens 6 registra, 15 fasciculos diplomatum, et 231 alia documenta. Necrologium anni 1648 (H 5734). Sér. Q (partim tantum catalogizata) — BN Paris Coll. Moreau t. 58, pp. 19, 23, t. 61 p. 147, t. 68 p. 73, t. 71 p. 146, t. 74 p. 132, t. 82 p. 235, t. 88 p. 136, t. 100 p. 14, t. 103 p. 236, t. 104 pp. 78, 111, t. 110 p. 91, t. 120 p. 104, t. 143 p. 176, t. 151 p. 55, t. 215 p. 143 — BMun Nancy 992 X 209/40.

Fontes et Litteratura: HUGO II 73, pr. 40/43 — WAEFELGHEM 150 — de BEAUVILLE II 366 — CANIVEZ II 433 — CARLIER III cf. ind. — *Cat. Fact.* III 261 — CHEVALIER 1687 — COTTINEAU 1610 — DARAS ANF 69 — DELISLE *CAPH Aug* cf. ind. — IDEM *Rouleaux* 417 — *Dict. Top. Oise* (MS) 115a — DOUET D'ARCQ, *Beaumont* 56/58 — *Form. Pr.* nr. 220 — *Gall. Chr. vet.* IV 573, N. IX 502 — GOOVAERTS II 236, IV 162, 264 — JAFFE 8798, 17 526 — LONGNON *Pouillés* VI cf. ind. — MIGNE PL t. 180, c. 1067 — PECHEUR II 344/49, IV 659, VI 501/02 — PICOT 420 — SAINCIR I 203, 232 — STEIN 2150 — VALVEKENS *Vis. Can.* II 18 — IDEM, *Chap. Gén. Despr.* cf. ind. — IDEM, *Doc. Prém.* I 208, 212 — A. PEIGNE/DELA-COURT, *Cartulaire de Morienvall. Chartes de l'Abbaye du Lieu-Restauré*, Senlis 1879, 71/76 — *Comptes Rendus et M. Comité Ar. Senlis* 1877 p. 54, 1896 p. 8, 18/19, 1917/18 xlvij.

Series abbatum (si non aliter notetur, sec. Galliam Chr.)

Haymo 1131?/62	Elinandus 1199 ⁶⁹)
Garinus 1169	Achardus 1205/06
Dodo ca. 1165	Goswinus 1226
Erlebaldus 1172/79	postea abb. in Cuissy
Fulco 1184	Lambertus ante an. 1232
Hugo 1184	postea abb. in Cuissy
Martinus 1192/94	R. 1238

⁶⁷) Arch. Dép. Oise H 5665.

⁶⁸) Existit catalogus eius, minutissima referens, 80 folia complectens (ibid. Ser. I Q II 1569).

⁶⁹) Arch. Dép. Oise H 5733.

- | | |
|--|--|
| Stephanus post 1250 ⁷⁰⁾ | Petrus de Berthier 1630/51 ⁷⁶⁾ |
| Henricus 1316/28 | Martinus Lucas 1666/68 ⁷⁷⁾ |
| Simon 1343 | Hadrianus de Fontaine-Martel 1674 |
| Joannes 1369 | N. de Clair —1688 res. |
| Radulphus 1393 | Claudius F. de Guenegaud de Plancy
1688—1724 |
| Joannes Leglat 1424 | Ludov. Cherubin Le Bel 1724—38 |
| Petrus de Belleau 1450 | Vincentius Steph. de Moy de
Richebourg 1738—42 |
| Gulielmus 1474 ⁷¹⁾ | Maria Ludovicus de Perussy
1742—52 ⁷⁸⁾ |
| Joannes de Tenailles 1475/92 | Joannes Garnier 1752—88 |
| Antonius de Lannoy 1496 | N. d'Escairac 1788—89 ⁷⁹⁾ |
| Simon ante 1499 | fiscus regius 1789—90 ⁷⁹⁾ |
| Petrus de Haultdecoeur 1499—1525 | |
| Antonius Claret 1525—51 ⁷²⁾ | Inseri nequeunt |
| Crispinus de Brichanteau 1551/57 | Andreas Ob. Praem. I 23. VIII |
| Nicolaus de Brabant 1564 ⁷³⁾ | Matthaeus ibid. 5. X ⁸⁰⁾ |
| Petrus Plattel 1566 | Renaldus Nocr. Braine III id Febr |
| Nicolaus de Prymelles 1566/69 ⁷⁴⁾ | Stephanus 6. VIII Nocr. Rom-
mersdorf |
| Adam de Heurtelou 1569—85 ⁷⁵⁾ | Joannes (saec. XIII) Gallia Chr. |
| Martinus de Beaulne 1590 | Hannodius (saec. XIII) ibid. |
| Gasparus Macéré de Valence 1597 | |
| Joachim de la Chetardie ca. 1610 | |
| Joannes de Berthier 1622/23 | |

⁷⁰⁾ Ob. Praem. I 11. I. De Simone abbate (post 1260) vide ap. Abbecourt.

⁷¹⁾ Fuit procurator Ordinis apud Curiam Romanam (KOEHLER, *Ilfelder Regesten*, Bremen 1932, p. 531).

⁷²⁾ *Anal Praem.* XVII 83, Nocr. Loci (Arch. Dép. Oise H 5734).

⁷³⁾ Arch. Dép. Oise H 5660.

⁷⁴⁾ Ibidem.

⁷⁵⁾ Ibidem H 5683.

⁷⁶⁾ Ibidem H 5663/64.

⁷⁷⁾ Ibidem H 5665. Secundum Gallia Chr. cessavit an. 1680, quod videtur erroneum.

⁷⁸⁾ Ibid. 5671. Vide etiam *Alm. Roy.*

⁷⁹⁾ Arch. Dép. Oise, Sér. Q, fasc. Lieu Restauré.

⁸⁰⁾ Forte antea fuit abbas in Abbecourt, ca. 1262. Cf. DEPOIN, *Chronologie des abbés d'Abbecourt*, errata 34.

Fontes et Litteratura: HUGO II 311, prob. 192/98 — WAEFELGHEM 168 — COTTINEAU 1880 — DARAS ANF 71 — DELISLE *Rouleaux* 451 — *Gall. Chr. N.* IX 975 — GOOVAERTS I 583, IV 206, 266 — JAFFE 9120, 16 176 — LECESTRE 45 — LONGNON *DocChBr* III cf. ind. — IDEM, *Pouillés* VI 173, 715 — MARTENE/DURAND *Uoy. Litt.* I 2, 91 — MIGNE PL t. 204, c. 1318 — PICOT 342 — *Rev. Mab.* III 51 — E. de BARTHELEMY, *Le diocèse de Chalons s. M.*, Paris 1861, I 194/97, 374 — A. GUERARD, *Statistique historique du département de la Marne*, Chalons s. M. 1862 — E. JORY, *Le Jean Restout de N.D. de Vitry. - Jacques Restout, prieur de l'abbaye de Moncetz*, Chalons s. M. 1932 — A. LONGNON, *Dictionnaire topographique du Dép. de la Marne*, Paris 1891, pp. 169/70 — J. de VAVERAY, *L'élection de Vitry-le-François*, Tours 1877/78, pp. 347/52.

Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. Arch. Dép. de la Marne)

Giselbertus 1147, † 1154	Nicolaus † 1300 ⁸⁶⁾
Ludovicus 1156	Gerardus 1338
Eustachius 1157/71 ⁸¹⁾	Nicolaus 1364
Ludovicus 1174	Gerardus 1380
Gerardus 1187 ⁸⁴⁾	Joannes de Ville 1390
Albertus 1188	Joannes de Domremy 1415
Petrus 1205	Remigius Noel 1468
Joannes 1212	Petrus 1485
Lambertus † 1214	Petrus Brunet 1498—1513
Benjamin (1215?—) † 1227 antea abb. in Braine	Thomas Gobert 1515
Adam 1228—32	Petrus Adeline 1515—48
G. 1239 ⁸⁵⁾	Joannes Louvat 1548—52
Joannes 1254	Gilbertus de Tournebulle ante 1565—82
Jacobus 1259	Matthaeus de Sommièvre 1582—88
Joannes 1262/70	Simon de Sommièvre 1588—1612
Gerardus de Moncetz 1272	Claudius de Verneuil 1612—24
Walterus 1287	Antonius du Hamel I 1624—58 ⁸⁷⁾

⁸⁴⁾ Vide supra apud Avigny.

⁸⁵⁾ Arch. Dép. Aisne H 1045.

⁸⁶⁾ Forte est idem, qui postea fuit abbas in Valchrétien (HUGO II 314, Ob. Praem. I 17a dec.).

⁸⁷⁾ Cf. apud Genlis.

Antonius du Hamel II 1658—93	Franciscus Athey 1772—87 ⁸⁸⁾
Remigius Canelle 1693—1708	Alexander Domyné des Landres 1788—90
Antonius de la Mer 1708—09	
Nicolaus Canelle 1709—33	Inseri nequeunt: (inter an 1390 et 1415?)
Joannes Bapt. Aubry d'Arency 1734—52	Radulphus
Franciscus Durier 1752—67	Anselmus
Antonius Querenet 1767—72 postea abbas in Corneux	Ulricus Henricus

MONTHODON

Mons Odonis, Montaudon, Mons Haudonensis.
Prope Chateau Thierry, Dép. de l'Aisne, Dioc. Soissons.

Parthenon ortus per translationem sororum Vallis Secretae non longe distantis. Nil scitur, neque de anno, quo hoc factum sit, neque de interitu. Probabiliter saeculo XIII periit.

Litteratura: HUGO II 327, 1038, quem sequuntur recentes.

PARIS (Sti. Joannis Baptistae et) Stae. Annae

In ipsa metropoli Galliae, in dioecesi eiusdem nominis.

Collegium Ordinis pro circariis Galliae, et refugium Abbatum Generalium. Anno 1252, Gile de Housel vendidit domum suam dictam „Maison de Pierre Sarrasin“, in via dicta „Rue Hautefeuille“, abbati Praemonstratensi Joanni de Rocquigny, qui emit etiam domus contiguas, ad fundandum Collegium Studiorum Ordinis. Saeculo XIII floruerunt ibi varii scriptores et doctores. Saeculo XV fuit ruinosum et vacuum, Capitula Generalia tunc bona plurium monasteriorum collapsorum destinaverunt ad collegium restaurandum⁸⁹⁾. Sed nihil videtur esse factum quoniam abhinc plura Capitula adhuc planxerunt ruinam collegii, et sollicita fuerunt de restauratione eius et reformatione, licet non efficaciter. Capitulum Generale anni 1543 decrevit, omnes religiosos Professores S. Theologiae, Doctores Sorbonicos e dicto Collegio egressos, posse Capitulis Generalibus interesse cum voce deliberativa. Capi-

⁸⁸⁾ *Anal. Praem.* X 1934, p. 156.

⁸⁹⁾ *Form. Pr.* I. c. infra. Prior Collegii tunc temporis habebat titulum „Prior scholarium“ (Ibid. 173, 185).

tulum anni 1605, quod institit erectioni talium Collegiorum Ordinis in omni regno, statuit ut in Parisiensi abhinc residerent ad minus duo doctores. Contra ambitionem Joannis Lepaige, prioris Collegii, summum munus Ordinis aspirantis et contra superiores machinantis, statuit Capitulum anni 1618, ut prioratus in Collegio Parisiensi non sit beneficium, sed officium revocabile ad nutum Abbatis Generalis. Nova statuta pro Collegio redacta sunt an. 1618 ab eodem Lepaige, quod iterum factum est anno 1779. Michael Colbert, Abbas Generalis, monasteriis Galliae, praeter tallias consuetas pro sustentatione Collegii, per Consilium Regis imposuit illis taxam supererogatoriam 50000 Librarum ad restorationem illius⁹⁰⁾. Annis 1672/76 revera exstruuntur novae aedes, ecclesiaeque nova, anno 1619 erecta, anno 1672 ampliatur et ornatur⁹¹⁾. Idem Abbas Generalis univit collegio mensas conventuales abbatiarum de Grandchamp et de Lieu-Dieu-en-Jard. Saeculo XVIII, quo pertinuit ad Circariam Normanniae, Collegium habuit redditus annuos 25168 Librarum. Anno 1766 ibi erant viginti circiter religiosi, anno 1790 in actu suppressionis, octo canonici et unus subdiaconus. Venditum est dein Collegium in quatuor partibus, ecclesia anno 1817 profanatur, et in abside instituitur diversorium postea celebre (Café de la Rotonde). Ultima eius residua anno 1897 sunt destructa. Pulchra ornamenta lignea (boiseries) e domo abbatiali, nunc sunt in Musaeo Carnavalet.

Archivalia: Arch. N. Paris 12 capsae: H 4060, L 764, 938, S 4342/53. Continent multa de abbatii Collegio unitis. — BMun Nancy MS 991/II, 570/80.

Fontes et Litteratura: LEPAIGE 582/85, 692, 702, 721, 772/75, 937, 1062/66 — HUGO I 531, pr. 428/38 — WAEFELGHEM 64 — BEAUNIER BESSE I 122 — *Cat. Fact.* IV 234 — COTTINEAU 2196, 2202 — DARAS ANF 73 — FELIBIEN I 338/41, III 208/15, V 54 — *Form. Pr.* nr. 65, 119, 295, 309, 312, 317, 318, 325, 343 — LEBEUF VII 302/03 — LECESTRE 47 — TAIEE XIX 185, 214, 234, 241, XX 31, 36, 37, 71, 73, 74, 75, 85/90, 117, 121, 161/62, 187 — H. BAILLIÈRE, *La Rue Hautefeuille, son histoire et ses habitants 1252/1901*, Paris 1901 — A. BERTY/L. M. TISSERAND, *Topographie historique du Vieux Paris*, Paris 1887, pp. 317, 325, 340, 378, 457, 535, 624, 639, 643 — F. BOURNON, *Additions et rectifications à l'Histoire de la Ville et du Diocèse de Paris de l'Abbé Lebeuf*, Paris 1890, pp. 302/03 — H. DENIFLE/E. CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, Paris 1889, I 238, 254, 429, II 66, 94, 623, 663a, III 95, 130, 148, 247, 448, 468, 521, 522, 541, 558 — J. DUBREUL, *Le théâtre des . . . Antiquitez de Paris*, Paris 1612, p. 627, 2a ed. 1639 p. 471 — J. A. DULAURE, *Histoire de Paris depuis les premiers temps historiques*, 8 voll.

⁹⁰⁾ Arch. Nat. S 4342.

⁹¹⁾ Ibid. (descriptio accurata Collegii an. 1720, publ. a LEBEUF VII 302). Expensae constructionis Collegii et refugii Abbatis Generalis fuerunt 54 453 Librarum.

Paris 1852/54, II 67, IV 135 — P. PERET, *La Faculté de Théologie de Paris et ses docteurs les plus célèbres au Moyen Age*, 4 voll Paris 1894/97, II 29/31 — A. FRANCKLIN, *Histoire générale de Paris. Les anciennes Bibliothèques de Paris, églises, monastères, collèges . . .* 3 voll. Paris 1867/73, I 319/22 — N. JAILLOT, *Recherches . . . historiques et topographiques sur . . . Paris*, Paris 1772, 18 p 303 — J. JOHN, *The College of Prémontré in Mediaeval Paris*, (*Anal. Praem.* XXVIII, 1952, 137/71; XXX, 1954, 161/77) — C. JOURDAIN, *Index chronologicus chartarum Universitatis Parisiensis*, Paris 1862, p. 13, 15, 17, 20, 22, 28, 62, 144 — C. LEMAIRE, *Paris ancien et moderne*, 5 tomes, Paris 1685, II 584/86 — J. A. PIGANIOL DE LA FORCE, *Description historique de la Ville de Paris et de ses environs*, 2a ed. 10 voll, Paris 1765, VII 54/59 — A. TUETÉY, *Répertoire général des sources manuscrites de l'histoire de Paris pendant la Révolution Française*, 10 vol. Paris 1890/1912, p. 990, nr. 4515/18 — E. VALVEKENS, *Le Collège des Prémontrés à Paris au XVIIe siècle*, (*Anal. Praem.* XVI, 1940, 5/40) — R. BOSCHMANS, *Les Prémontrés à Paris, Recherches Historiques*, MS Fonds Boschmans, Arch. Abb. d' Averbode — *Recherches de Théol. ancienne et médiévale* XIX, Louvain 1952, pp. 345, 349.

PARIS SS. Trinitatis

Rue St. Denis, ad dextram, in angulo viae dictae Rue Greneta, contra ecclesiam Ssmi. Salvatoris⁹²).

Xenodochium, asylum pro pauperibus peregrinantibus, fundatum anno 1206 a fratribus Joanne Polée et Gulielmo Escuacol, qui hanc domum commiserunt abbatae Hermières anno 1210. Initio fuerunt ibi quatuor canonicis, praeter magistrum, postremo magister solus. Hospitale, cui adiunctum fuit coemeterium, saeculo XIV donationibus valde ampliatum est, ita ut integris communitatibus Ordinis servire potuerit in refugium, flagrante bello cum Anglis. Confraternitas Passionis D. N. J. C. ab anno 1402 habuit ibi sedem suam. Anno 1562 versum est in brephotrophium (asylum infantium expositorum), et abbatae Hermeriarum data est, in recompensationem, domus quaedam in alia via, in posterum dicta „Maison du Prieur“.

Archivalia adiuncta sunt Archivis Hospitalium Parisiensium. Vide supra apud Hermières, et in Archives de l'Assistance Publique (COLBERT 500 vol. 144 fol. 9, 148 f. 385, 159 f. 21).

Litteratura: HUGO I 826, II 983 pr. 600/02 — COTTINEAU 2221 — LEBEUF I 291, 352, VII 41/43 — J. B. de ST. VICTOR, *Tableau Historique et Pittoresque de Paris*, Paris 1808/11, II 491/500, pl. 91 — L. BORDIER/BRIELE,

⁹²) Propter hoc interdum vocatus est etiam prioratus Ssmi. Salvatoris, ita apud LAIRUELZ p. 701.

Les Archives Hospitalières de Paris, Paris 1882/89, II 126/30 — R. BRAUN, *L'Enclos de la Trinité*, in: „*Le Centre de Paris*“, Paris (1936) III 31/55 — A. MANGER, *L'Enclos de la Trinité* (Ass. philotechn. de Neuilly), Montevrain 1896 — Vide bibliographiam adductam sub praecedenti.

PREMONTRE S. Joannes Baptista

Praemonstratum, Pratum monstratum (1140), Ecclesia Praemonstrata. — Pré-, Pres-, Pre-, Preitmonstrey, -monstré, -moustré, -monstret.

In valle solitaria prope Anizy-le-Chateau, Dép. de l'Aisne. Dioc. Laon, nunc Soissons.

Archicoenobium Ordinis. Norbertus in paschate 1120 (secundum vetus stylum: 1119) cum 13 sociis hic fundamentum Ordinis posuit in „loco solitudinis, Praemonstrati nomine^{92a}“. Magnus affluxus aspirantium mox ursit constructionem ecclesiae et monasterii annis 1121/22. Praecipuus fautor et benefactor fuit Bartholomaeus de Joux, episcopus Laudunensis. Anno 1122 Norbertus tendit in Coloniam, ad obtinendas reliquias pro fundatione sua. Anno 1126 confirmatio pontificia. Una cum monasterio constructum est xenodochium, sororibus, dirigente B. Ricvera de Clastres, commissum. Constitutio Ordinis, paulatim elaborata statuit Praemonstratum esse archicoenobium et caput Ordinis, cuius abbas, a conventu loci electus, esset summus rector Ordinis natus. Illi assistebant tres alii „proto-abbates“, scil. Sti-Martini Laudunensis Floreffiensis, et Cuissiacensis. Praemonstrati ab anno 1130, in festo Sti. Dionysii (die 9a oct.) quotannis celebrabatur „colloquium annuum“, postea „Capitulum Generale“ nuncupatum, ab omnibus abbatibus Ordinis adeundum⁹³). Anno 1138, moniales transferuntur in Fontenelle, inde in Rosières, postremo in Bonneuil, de quo vide supra. De jure, Praemonstratum fuit „omnium coenobiorum Ordinis mater, et caput“, sed permultae canonicae reapse ab illo sunt ortae, quae proinde vero vinculo paternitatis illi

^{92a}) Antea ibi fuerant, adnexus capellae cuidam Sti. Joannis Baptistae, prioratus abbatae Sti. Vincentii Laudunensis OSB, fundatus ab Elinando episcopo Laudunensi, inter annos 1052 et 1095. Coetus monachorum locum post aliquot tempus iterum dereliquit, quem initio saec. XII, occupavit eremita quidam Anglus (Guido de Lincoln, fundator abb. Viconiensis). — Cf. Coll. BOSCHMANS farde Lc.

⁹³) A saec. XV, propter bella prementia, Capitula diu celebrata sunt in abbatibus vel in oppidis Belgii, dein multoties in Laon et in St. Quentin. Eadem ratione, et praesertim ab an. 1516 propter commendam, Capitula paucos tantum habuerunt frequentatores. Ita venerunt 46 abbates anno 1498, 16 anno 1536, 3 an. 1554, anno 1563 vero ne unus quidem. A medio saeculo XVI Capitula non iam celebrabantur quotannis, ultimum omnium anno 1738. Vide supra p. 13/14.

erant iunctae, scilicet: Antrodoco, Antwerpen St. Michael, Auxerre St. Marien, Barletta, Bayham, Bedburg, Bonne-Espérance, Braine, Bucilly, Cappenberg, Chaumont, Clairefontaine, Cuissy, Doue, Etoile, Floreffe, Gottesgnaden, Grandchamp, Grimbergen, Heinsberg, Jakobsberg, Ilbenstadt, Joyenval, Knechtsteden, Laon St. Martin, Lelesz, Lieu-Dieu, Loch Cé, Lund, Magdeburg, Oberzell, Orvieto S. Severo, Oved, Perray-Neuf, Pleine-Silve, Riéval, Roma St. Alessio, Roth, St. Feuillien, Ste. Marie-du-Bois, St. Radegund, St. Samuel, Silly, Soulseat, Spieskappel, Tommarp, Turocz, Ursberg, Valsecret, Valsery, Varadhégyfok, Varlar, Verdun St. Paul, Wadgassen. Aliae canonicae, per seipsas ortae, vel ab alio Ordine ad nostrum transgressae, generatim paternitati archicoenobii sunt subditae. Tales „filiae adoptivae“ fuerunt: Beaulieu, Belval, Bellapais, Dommartin, Langenselbold, Riga, Rotenkirchen, Steinfeld, Windberg. Saepius occurrunt a saeculo XIII Praemonstrati „filiae speciales“, quae primitus ex alia canonia exortae illique subditae, ex speciali ratione, statuente Capitulo Generali, paternitati archicoenobii ad tempus sunt subiectae, verbi gratia: Allerheiligen, Arnstein, Ballimore, Brindisi, Casedieu, Etanche, Grobe, Heiligenberg, Hagneby, Himmelpforte, Ilfeld, Kalavryta?, Klarholz, Lac de Joux, Lorsch, Neuffontaines, Rengéval, Tönsberg, Tuam, Vessra, Wittewierum. Saeculo XIII ascerterea independentia sororum cantantium, in catalogis apparent tamquam „filiae Praemonstrati“, v. g. Czarnowasy, Catharinadal, Enkenbach, Eppenberg, Frauenbreitungen, Germerod, Houthem Kappel, Keppel, Konradsdorf, Leliendaal, Oelinghausen, Rumbeck, Zennewijnen⁹⁴⁾. Praemonstratum paucas tantum habuit ecclesias incorporatas, scilicet Hanapple, Heppesville, Douchy, Offoy et prioratum simplicem de Dorengt, de quo vide supra. Invenimus tamen, a saeculo XV, canonicos eius in multis beneficiis aliarum canonicarum Galliae, defectu sacerdotum generatim laborantium. Capella Sti. Joannis, ubi Stus. Norbertus habuerat suam visionem, et quae postea illi fuit dedicata, inservebat tamquam ecclesia parochialis pro familia monasterii. Praemonstratum habuit quatuor portas, in commemorationem somnii Sancti Norberti, videntis peregrinos albis indutos undique eo accersire, et post venerationem Stae. Crucis reverti in quatuor ventos mundi. Qui mos, construendi

⁹⁴⁾ LAIRUELZ in suo catalogo, ut in prooemio eius ipse fatetur, ex MSS tantum hausit nomina, paternitatem non indicatam proprio Marte adscripsit. Quae si fuerit ignota, fere semper praesumpsit paternitatem fuisse penes archicoenobium. Quae menda circa canonicas remotiores transsumpserunt HUGO et sequelae eius, ergo caute sunt legendi. Filiationes tamen quas supra adducimus, utut ex MSS originalibus desumptis, videntur esse certae.

nempe 4 portas, partim videtur transiisse ad reliquas abbatias Ordinis, praesertim ad filias Praemonstrati⁹⁵). Magnum habuit refugium in civitate St. Quentin, de quo vide infra sub dubiis. Reliquiae Sti. Joannis Baptistae, valde dubiae quidem, anno 1245 allatae sunt e Palaestina ab abbate Sti. Samuelis. Abbas Joannes de Rocquigny multa fecit ad promovenda studia, et fundavit Collegium Parisiense anno 1252. Adam de Crécy anno 1311 in Concilio Viennensi obtinet jus pontificalium⁹⁶). Cum abbas Petrus exemptionem Ordinis, in Concilio Constantiensi adeptam, anno 1414 vellet in praxim deducere, a suo ordinario persecutus, cum toto conventu per septennium vixit exul Floreffiae. Clemens PP. VII, contra privilegia Ordinis, et contra concordatum initum an. 1516 cum rege Galliae, anno 1535 Praemonstratum dedit in commendam cardinali cuidam, quod duravit, in maximum detrimentum Ordinis, ad annum usque 1572. Abbas Despruets, optimus omnium post medium aevum, intrepide introduxit reformationem primaevae traditioni conformem. Saeculo vero sequenti, per contumeliam commendae renovatae (Card. Richelieu an. 1635/42), et per superbiam et dissipationem abbatis M. Colbert archicoenobium iterum declinavit. Annis 1718/57 splendida surgunt aedificia, tamen ecclesia a Sto. Norberto constructa manet. Intentio ultimi abbatis L'Ecuy, novam ecclesiam ei substituendi ad instar Stae. Genevevae Parisiensis, non in praxim est deducta. Redditiu canonicae, quae a saeculo XVII fuit caput novae circariae „de Prémontré“, fuerunt notabiles. 1768 mensa abbatialis valuit 58312 Libras, anno 1780 universim 150000 Libras⁹⁷), 1790:84000 Libras. Anno 1766 conventus fuit 82 canonicorum, quorum 43, una cum duobus novitiis, residebant in canonia. Die 2a novembris anni 1790 est suppressa. Aedes quoad maiorem partem mox destruuntur, residuae versae sunt in fabricam. Anno 1855, ingens aula capitularis gothica corruit. Anno sequenti, episcopus Suessionensis Praemonstratum acquirit, et revocat Praemonstratenses e Belgio. Sed cum pertinaciter cum canonia renascente vellet coniungere orphanotrophium, indoli Ordinis plane alienum, religiosi post 18 menses revertuntur ad sua. Anno 1862 episcopus vendit Praemonstratum gubernio provinciali, quod ibi instituit manicomium (asile d'aliénés), existens ibi usque hodie. Subsistunt praelatura, domus provisoris, una ala conventus, quae est mutilata, ruinae capellae Sti. Joannis, et varia alia aedificia.

⁹⁵) Cf. R. BOSCHMANS in *Cahiers Léopold Delisle* IV (1950) p. 1/2.

⁹⁶) Quod privilegium praedecessor eius Petrus anno 1198 expresse pro se, pro suis successoribus et pro toto Ordine ex humilitate recusaverat (HUGO I 17). Hoc anno, duo tantum praelati Ordinis videntur iam fuisse mitrati: Magdeburg et Tepl.

⁹⁷) TAIEE XX 252. Quod nobis videtur esse exaggeratum.

Archivalia: Arch. Dép. de l'Aisne, Laon: H 737/846 1124/1792), vide etiam H 101, 121, 408, 588, 894⁹⁸⁾ — Ibid. Sér. B, C, E, E Suppl. V et VI, G cf. indd., Q 422 — Ibid. Coll. Piette, fasc. Prémontré — Arch N. Paris L 325, 995, cf. 413 — Arch. Dép. Oise, Beauvais: 5 capsae H 5983/6076 (1124 — saec. XVIII) — Arch. Dép. Somme, Amiens: 4 capsae xx H 1/19 (s. XII/XVIII) — BN Paris: Cartularium (N. a. l. 938), 11 copiae, FL 4831 f. 21/25, 17049⁹⁹⁾ — Ibid. Baluze 51, f. 132/53 (extracta cartul. de Clairefontaine, de Laon St. Martin et de Prémontré) Clairambault 561 p. 581/85, FF 11 830, 15 721, Obituarium Donatorum XII s. (ed. EVERS), — Obituar. XII (—XVIII)s MS 9 (ed. v. WAEFELGHEM) — Ibid. Coll. Fleury cf. BOUCHOT nr. 943/69¹⁰⁰⁾ — Ibid. Coll. Picardie vol. 290 (62 chartae) — BR Bruxelles MS 6717/21 f. 28, Catal. Abbatum (edd. MGH SS XIII 391) — Bibl. Cheltenham nr. 19 977, 23 112/15 (doc. saec. XII/XIII) — BMun Amiens MS 1005 — BMun de Laon MS 538, 539 Cartularium 3 partes 1119—1758 — BMun Nancy 992 XIII 711/18 — BMun Reims MS 349 — BMun Soissons Cartularium XIII/XIV s., MS 7 — Ibid. Coll. Périn I 799, 2155/57, 2160/66, II 6077/82, 6085, 6087, 6090/97, III 3212/50 — Bibl. S. Ar. Soissons Cartularium Cens. Tinselve XIII s, et varia alia (cf. *Inv. Soc. Arch. Soiss.* p. 437) — Antiquas delineationes saec. XVII/XIX enumerat *BSAc Laon XX* (1874) pp. xxx/xxxij.

Fontes et Litteratura: LAIRUELZ 383 — LEPAIGE 12/17, 416/35, 457, 480, 581/85, 927/78 — HUGO I 1, pr. 1/42 — WAEFELGHEM 199/203 — AUVRAY 1799, 3471, 3586, 3771, 3857, 3858, 4688 — BEAUNIER/BESSE introd., 272/81 — de BEAUVILLE II 362, IV 2 64 — BERGER cf. ind. — BOUTARIC II 761 — *Cat. Chart. Coll. Hér. Fr. Pic.* nr. 188, 214, 345, 420, 421, 432, 436 — *Cat. Fact.* cf. ind. X 275 — *CatMSSBDép.* II, III, XIX, XXXVIII, XXXIX 2e p., XLI cf. indd. — COCHERIS II 537, cf. etiam indd. — COLLIETTE III 474 — COMBIER 7, 9, 75 — COTTINEAU 2359/61, 3161 — COULON 1422 — DARAS 38 — DELISLE *Roul.* 372 — DEMAY *Flandre* 7147 — IDEM, *Normandie* 2701, 2848/50 — IDEM, *Picardie* 1331, 1407/14 — DUBRULLE *Bull. P. Reims* nr. 213, 295 — DUCHESNE pr. 338, 347, 349, 354, 358 — EVERS *Ob. Praem.* II — FLEURY IV 179/81 — FLORIVAL 291/95 et passim — de la FONS, I 447, 453, II 1, 240/41 — *Form. Pr.* — *Gall. Chr.* IX 642/62 — GOOVAERTS I 28, 46, 59, 65, 78, 96, 100, 129, 131, 133, 175, 182,

⁹⁸⁾ nr. 408 et 791 ex adiectis belli desunt.

⁹⁹⁾ M. Dubosq, adiunctus Directoris Archivorum Nat. Parisiis, praeparat editionem huius cartularii. Materiam nostram praesentem benigne revidit, correxit et auxit.

¹⁰⁰⁾ Picturae Abbatum Generalium, secundum eundem auctorem, supersunt sequentes: Lescellier (965), Colbert (960/61), Lucas de Muin (960/62) et L'Écuy (ibidem).

189?, 210, 211, 223/33, 255, 258, 264, 296, 302, 305, 322, 362, 399, 418, 512, 520, 523, 533, 542, 562, 626, II 7, 90, 91, 95, 102, 344/47, III 7, 15, 38, 129, 133, 134/36, 183, 202, IV 30, 36, 62, 79, 94, 110, 137, 145, 154, 163, 172, 187, 189, 213, 221, 249, 255, 324 — HARDICK 7 — HELYOT *Hist. des Ordres monast.* II 156 — HLF ind. I/XV p. 569 — JAFFE 7651/52, 7926/28, 8450, 9050, 9972, 10 440/41, 10 572, 10 697, 11 663, 12 059, 12 813, 12 819, 14 272, 14 341, 15 900, 16 188, Suppl. 8166a — KOEHLER, *Ilfelder Regesten* cf. ind. — LTK VIII 448 — LAUNOUIUS *Op. Omnia* V 469, 561 — LAUER II 659 — LECESTRE 47 — *Lettr. Ben. XI* (AVB) cf. ind. — *Lettr. Jean XXII* 9999, 10 000, 12 458, 17 503, 21 776, 30 089, 30 172, 50 583 — LONGNON *Pouillés* cf. ind. — MARLOT *piec. just.* III 735 — MARTENE/DURAND *Uoy. Litt.* II 49/50 — MATTON *Dict. Top. Aisne* 222 — MIRAEUS *Chron. Praem.* — MIRAEUS/FOPPENS cf. indd. — MOLINIER *Ob. Fr.* 219 — OLIM V 79 — *Ord. Rois de Fr.* VIII 433, IX 617 — PERIN I 196/98, II 193/212, III 266/69 (collectio completissima bibliographiae Ordinis et archicoenobii) — PICOT cf. ind. 800 — POTTHAST 188, 3305, 5543/47, 8242, 9362/63, 10 160, 11 589/91, 11 654, 12 027, 12 117, 12 313, 12 368, 12 467, 12 482, 12 786, 12 886 — PRESSUTTI cf. ind. II 704 — RAMACKERS PUF cf. ind. IV 536 — *Rec. Actes du Clergé* (Abrégé 2a ed. Paris 1771) 169/71 — *Reg. Ben. XII* 2415, 8691 — *Reg. Bonif. VIII* 375, 396, 3177, 3184, 3523, 3696, 4424/25, 4427/28 — *Reg. Léon X* 12 851, 12 892 — *Reg. Martin IU* 110 — RODIERE cf. ind. — ROTH *Briefsammlung* nr. 33, 36, 37, 39, 42, 61 — SAINCIR I 79, 118, 204, II 244/47 — SARS V 544/48 — STEIN 3087/88 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* — IDEM *Card. Hipp. d'Este* — IDEM *Card. Pisani* — IDEM *Doc. Prém.* I 181, 182, 183, 208, 217/18 — IDEM *Act. Doc. Despr.* — M. AVENEL, *Lettres, Instructions diplomatiques et Papiers d'Etat du Cardinal Richelieu*, VIII voll. Paris 1877, cf. ind. VIII 486 — BALDUINI *Niniv. Chronicon* MGH SS XXV 526/28 — COET/LEFEVRE, *Histoire de la Ville de Marle et des environs*, Compiègne 1897 — L. DARAS, *Observations sur le cartulaire de Prémontré* (BSAr Soissons X, 1856, 12) — J. DEJENTE, *Prémontré. Histoire succincte*, Laon 1905 — A. DEVIOLAINE, *Note sur l'ancienne abbaye de P.* (BSAr Soissons IV, 1850, 75) — T. DUPLESSIS, *Histoire de la ville et des seigneurs de Coucy*, Paris 1728 — *Rmi. DD. Joannis Bapt. L'ECUJ Abb. Praem. Vitae series, historica et chronologica, a seipso scripta*¹⁰¹). Ed. E. VALVEKENS in *Anal. Praem.* (X, 1934, 145/209) — A. ERENS, *L'opposition à l'élection de Raguét comme Abbé Général Prémontré en 1644*, ibidem VII (1931) 34/54 — J. EVERS, *Stoffelijke inrichting te Prémontré voor de Generaal-Kapittels tijdens de XIIIe eeuw*, ibidem I (1925) 10/20 — M. FELIBIEN, *Charta Cap. Generalis de elevatione festi Sti. Dionysii ad ritum duplicem 1236*, in: *Histoire de l'Abbaye de St. Denis* etc. (Paris 1706) pr. clxix cxxj — A. FREZET, *Le dernier abbé de*

¹⁰¹) MSS Originalia in BMun Laon l. c. et in Arch. Abb. Averbode IV 156.

Prémontré, J. B. L'Ecuy, in: *Anal. Praem.* VI (1930) 183/90, idem succincte in *Rev. Champ. Brie* VII (1929) 172/74 — P. GUYNEMER, *Cartulaire de Royallieu* (Compiègne 1911) pp. 140/44 — V. de HENNEZEL/d'ORMOIS, *Dom L'Ecuy et la bibliothèque de l'Abbaye de Prémontré*, in: „*Les Bibliophiles du Pays Laonnais, leurs Exlibris et leurs reliures*“, Paris 1914, 171/81 — Ex HERIMANNI de *Miraculis Mariae Laudunensis Libri III*, MGH XII SS 654/60 — H. LAMY, *Vie du Bx. Hugues de Fosses, premier abbé de P.*, † 1164, ROPM X et XI (1908/09) et *Terre Wallonne XIII* (1925) nr. 74 — C. LANGLOIS, *Formulaire de P.* (*Notice et extraits des MSS*, XXXIV, 1891, 305/18) — J. F. LEQUEUX, *Antiquités religieuses du diocèse de Soissons et de Laon*, Paris 1859 II 69 — N. LOY, *Notice sur deux chapiteaux trouvés dans la Forêt de St. Gobain (provenants de Prémontré)*, BSAC Laon XXI (1874/75) 508/11 — G. MADELAINE, *L'Abbaye de P. en 1882*, Caen 1882 — A. MANRIQUE, *Annal. Cistercienses* (Lyon 1642) IV 459 col. 1 — MARTIN/MARVILLE, *Etude sur le nom et la fondation de l'Abbaye de Pr.*, Noyon 1864 — M. MELLEVILLE, *Histoire de la Ville et des Sires de Coucy-le-Chateau, suivie d'une notice historique sur . . . Prémontré*, Laon 1848 — E. MENU, *Prémontré. Etat des préparatifs et provisions pour le Chapitre Général de 1663, dressé par le Frère Jean Vigneux convers, et le Maître Ch. Coquelois, archicuisinier*, (*Alm. Matot-Braine*, 1931, pp. 257/64) idem apud TAIEE XX 234/38 — A. NOEL, *Notice biographique sur le B. Philippe de Reims, 3e Abbé Général de P.*, Reims 1873 — A. PECHEUR, *Le Cartulaire de Tinselve* (BSAr Soissons 1875, 212/48) — C. PERIN, *Recherches bibliographiques sur le Département de l'Aisne*, Soissons 1866, I p. 196 — G. PICCOLI, *Toponomastique Prémontré* (*Anal. Praem.* XXX, 1954, 5/11) — A. POQUET, *Titres de l'Abbaye de P. 1121—1693* (BSAr Soissons IV, 1850, 65) — B. RAVARY, *Le dernier abbé Général de l'Ordre des Prémontrés en France. Mgr. J. B. L'Ecuy (1740/1834)*, Paris 1954 — M. G. RICHOU, *Essai sur la vie claustrale et l'administration intérieure dans l'Ordre et l'abbaye de P. aux XIIe et XIIIe siècles* (Ecole Nat. des Chartes, *Position des thèses des élèves de l'Ecole des Chartes* 1875, pp. 23/29. Numquam fuit publicatum) — ROBERTI *Sti. Mariani Chronicon* MGH SS XXVI 230/31 — de ROQUEMONT, *Le dernier abbé de P.* (MSAn Picardie XVI, 1859, 679) — SIGEBERTI *Continuatio Praemonstratensis* MGH SS VI 447/56 — Ch. TAIEE, *Prémontré. Etudes sur l'Abbaye de ce nom. sur l'Ordre qui y a pris naissance, ses progrès, ses épreuves et sa décadence*. BSAC Laon XIX (1869/70) 93/261, XX (1871/73) 1/256 — A. VALISSANT, *Histoire de P., précédée de la vie de St. Norbert*, Laon 1876 — J. A. VERSTEYLEN, *Un voyage à P. au XVIIIe siècle* (*Anal. Praem.* III, 1927, 182/93) — R. WYARD, *Histoire de l'Abbaye de St. Vincent de Laon, St. Quentin* 1858, pp. 309/13, 316, 424 — *Catalogue des Livres Manuscrits et imprimés, et des Autographes de feu Mr. l'Abbé L'Ecuy*, Paris 1834 — *Anal. Praem.* XI 217/20, XV 38, 40; XXXI 280/91 — BSAC Laon IV 66, 537, X 65, 74.

Series Abbatum Generalium (nisi aliter notetur, secundum
Ob. Praem. I)

(Norbertus 1120—28)

- | | |
|--|--|
| 1. Hugo de Fosses 1128—61 res. ¹⁰²⁾ | |
| 2. Philippus de Reims 1161—71 | |
| 3. Joannes de Brienne 1171 depos. | antea et post abb. in Beaulieu |
| 4. Odo 1171—74 res. | antea abb. in Valsecret |
| 5. Hugo 1174—89 res. | abbas in Cuissy 1160/65 |
| 6. Obertus (Robertus) 1189—91 res. ¹⁰³⁾ | antea et postea abb. in
Valsecret |
| 7. Walterus 1191—95 | antea et simul abb. in Riéval |
| 8. Petrus de St. Médard 1195—1201 res. | antea abb. Sti. Justi,
postea Cuissy |
| 9. Balduinus 1201—03 | antea abb. in Chartreuve |
| 10. Veremundus 1203—04 res. | postea abb. Sti. Pauli Viridun. |
| 11. Gulielmus de St. Omer 1204—06 depos. | antea abb. Cuissy et Vermand |
| 12. Robertus 1206—09 res. | antea abb. in Ardenne |
| 13. Gervasius Anglus 1209—20 ¹⁰⁴⁾ | antea abb. Sti. Justi et
Thenailles
postea episcopus in Sééz |
| 14. Conradus Suevus 1220—33 depos. | antea praepositus in Weissen-
au, et abb. in Valsecret,
postea abb. Cuissy |
| 15. Gulielmus Anglus 1233—38 res. | antea abb. in Dale |
| 16. Hugo de Hirson 1238—42 | |
| 17. Nicolaus Hailgrin 1242 | antea abb. Dommartin |
| 18. Cono 1242—47 | antea abb. in Fontaine-André,
Thenailles et Braine |
| 19. Joannes de Rocquigny 1247—69 | antea abb. in Clairefontaine |

¹⁰²⁾ In cartulario de Thenailles (BN Paris MS L 5649 fol. 131 et 132 v) occurrit Philippus abbas Praem. annis 1161 et 62, ex quo elucet Hugonem resignavisse antea. Annus tamen obitus eius (1164) videtur constare.

¹⁰³⁾ Arch. Dép. Aisne H 763; Cartular. Praemonstr. (MS Soiss. 7) fol. 94 v et 79, cui concordat BRB MS 6717. Cf. Gallia Chr. IX 497, 676.

¹⁰⁴⁾ Designatio communis „de Chichester“ est falsa, vide supra p. 19 n.

- | | |
|--|---|
| 20. Guericus 1269—78 | antea abb. in Auxerre |
| 21. Aegidius van Biervliet ¹⁰⁵⁾ 1278—81
res. | antea abb. Sti. Michaelis
Antwerp. |
| 22. Guido 1282—87 | antea abb. in Corneux |
| 23. Robertus 1287—88 | |
| 24. Gulielmus de Louvignies 1288—1304
res. | antea abb. in Clairefontaine et
in Cuissy |
| 25. Adam de Crécy 1304—27 ¹⁰⁶⁾ | |
| 26. Adam de Wassignies 1327—33 | antea abb. in Bucilly |
| 27. Joannes de Chatillon 1333—39 | |
| 28. Joannes Le Petit, de St. Quentin
1339—52 | antea abb. in Valsery |
| 29. Joannes de Roigny 1352—67 ¹⁰⁷⁾ | |
| 30. Stephanus 1368 | antea abb. in Auxerre, et in
Parc. Obiit ante obtentam
possessionem |
| 31. Petrus de Froidsaints 1368—81 ¹⁰⁸⁾ | antea abb. in Joyenval |
| 32. Joannes de Marle I 1381—91 res. | |
| 33. Joannes 1396/1409 ¹⁰⁹⁾ | |
| 34. Petrus d'Hermin 1411—23 | |

¹⁰⁵⁾ Quod nomen flandricum Galli mutaverunt in „Bierolier“.

¹⁰⁶⁾ Videtur esse mortuus in Sens (QUESVERS, v. supra apud Dilo, I 562).

¹⁰⁷⁾ Hic habetur discrepantia a serie abbatum communiter tradita: Petrus 1352/68, Stephanus 1368, et Joannes de R. 1368/81. In Archivo Vatic. (Reg. Innoc. VI, nr. 219 fol. 60 b) citatur an. 1353: „post obitum Joannis, alter Joannes fit abbas Praemonstratensis“, qui citatur ibidem altera vice die 11a dec. 1353 (Reg. Avignon 122, fol. 352). Secundum *Gall. Chr.*, Joannes obiit die 24a julii an. 1367/68. (Ut sequens, ex notis U. BERLIÈRE, cf. Ob. Praem. I. 14.)

¹⁰⁸⁾ Petrum abbatem regnavisse annis 1368/81 probatur variis ex documentis. *Gallia Chr.* I. c. habet abbatem Petrum anno 1372. Actum Bonifatii PP. IX anni 1391 citat Petrum abbatem Praemonstratensem, qui fuerat assecla Clementis PP. VII (1378/94. C. KROFTA in *Monum. Bohemiae Vaticana* V nr. 584). In Registro Avenionensi Urbani pp. V, vol. XX legimus: „Petrus abbas Gaudiivallis . . . anno 1368 . . . translatus est ad monasterium Praemonstratense“. Mirum est igitur valde, quod secundum necrologium eiusdem abbatae Gaudiivallis „Petrus de Frigidis, abbas Praemonstratensis“ obierit die 2a aprilis an. 1365. Forte fuerunt duo abbates nominis Petri, vel annus huic insertioni postea est adscriptus.

¹⁰⁹⁾ *Gallia I. c.*, et MANSI, *Ampliss. Coll. Conciliorum*, Florentiae/Venetii 1757/98, XXVI c. 1250.

35. Joannes de Marle II. 1423—36
 36. Joannes de la Fère 1436—43
 37. Petrus Rodier 1443—49 antea abb. in Doue et Cuissy
 38. Joannes Agnet 1449—58
 39. Simon de la Terrière 1458—70
 40. Hubertus de Monthermé 1470—97 antea abb. Lavaldieu
 41. Joannes de l'Ecluse 1497—1512 antea abb. Montis Sti. Martini
 42. Joannes Evrard 1512 resignat ante confirmationem,
 postea abb. in Cuissy
 43. Jacobus de Bachimont 1512—31 antea abb. in Cuissy
 44. Virgilius de Limoges 1531—33 antea abb. in Iledieu
 Michael Coupson 1533 electus non confirmatus. Antea
 abb. in Joyenval et Braine
 Card. Franc. de Pisa 1535—62 res.¹¹⁰⁾
 Card. Hippolytus d'Este 1562—72 res.¹¹¹⁾
 45. Joannes Despruets 1573—96
 46. Franciscus de Longpré 1596—1613 antea et simul abb. in
 Valsecret
 47. Petrus Gosset 1613—35
 Card. Richelieu 1636—42¹¹²⁾ numquam obtinuit bullas
 Petrus Desbans 1635 electus non confirmatus, po-
 stea abb. in Cuissy et Pont-
 à-Mousson
 Simon Raguét 1643(—47) electus non confirmatus
 48. Augustinus Lescellier 1645—66 res.
 49. Michael Colbert 1667—1702
 Philippus Celers 1702 abb. Dommartin. Resignat
 ante confirmationem
 50. Claudius Honoratus Lucas de Muin
 1702—40

¹¹⁰⁾ Vicarios ad gubernium Ordinis et canoniae nominavit: Joannem de Folembrey abbatem Clarifontis 1533/37, Amatam de La Fontaine, abbatem Laudunensem 1537/44, et Judocum Cocquerel abbatem St. Justi 1544/62.

¹¹¹⁾ Item vicarios nominavit: Franciscum Bottée, priorem Coll. Parisiensis, 1562. Pro gubernio Ordinis in specie delegavit Gilbertum Tournebulle abb. Moncellensem 1565/69, et Antonium abb. Laudunensem 1569/73. De ambobus Cardinalibus, sinistrae memoriae, vide excellentes articulos E. VALVEKENS.

¹¹²⁾ Vicarium pro Ordine instituit abbatem Laudunensem.

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

51. Augustinus de Rocquevert 1740—41 antea abb. Clairefontaine
52. Bruno de Bécourt 1742—57 antea abb. Dommartin
53. Antonius Parchappe de Vinay antea abb. in Clairefontaine
 1758—69
54. Gulielmus Manoury 1769—80
55. Joannes Bapt. L'Ecuy 1780—90, † 1834

Suppresso archicoenobio, post mortem abbatis L'Ecuy munus generalitium vacans fuit. Anno 1869, respective 1883 definitive restauratum est; abbates generales resederunt in canonia sua, donec anno 1937 sedem fixerunt in domo generalitia Romae. Abbas Generalis habet titulum „Dominus Praemonstratensis“.

56. Hieronymus Zeidler abb. Strahoviensis 1869
57. Sigismundus Stary item 1883—1906
58. Norbertus Schachinger abb. Plagensis 1906—22
59. Gummarus Crets abb. Averbodiensis 1922—37
60. Hubertus Noots prof. Tongerloensis 1937—

